> ꝗ quibus preſentibus ⁊ corrigentibus peccauerũt ꝗ dicentiũ quis infirmatur ⁊ ego nõ in· ⁊c. ꝗ cum ſit miſeranda ſenectus.
> **erubuerunt: neq₃ ſenũ miſerti ſũt.**
> ꝗ in carne· in fide·
> **Ayn. Cum adhuc ſubſiſterem₉**
> ꝗ a vero lumine· ꝗ intẽtiones terrenis inherẽtes· ꝗ qꝺ inuanũ ſpauimus
> **defecerũt oculi noſtri: ad auxiliũ**
> exaggeratiue·
> **noſtrũ vanum: cum reſpiceremus**
> ꝗ diuites· potẽtes vel hereticorũ principes· ꝗ quaſi tu ſolus ſalua domĩe q₃ aliꝰ nõ poteſt· ſed auxilium noſtrũ a domio qui fecit· c· ⁊c· vnde maledictus qui cõfidit in homine ⁊ ponit carnem brachium ſuum
> **attenti ad gẽtem que ſaluare nos**
> ꝗ fiat via illoꝝ te ⁊ lu·
> **nõ poterat. Sade. Lubricaue**
> ꝗ nõ fixa ſupra petram· ꝗ voluptatum
> **runt veſtigia noſtra in itinere pla**
> **tearum noſtraꝝ: appropinquauit**
> ꝗ dum ſcelera cõplentur· dum ſecuris ad radicem arboris ponitur. ꝗ retributionis. ꝗ ſicut cõpletis amorreoꝝ peccatis venit eoꝝ finis·
> **finis noſter: completi ſũt dies nr̃i**

¶ Allego. Facies· d· ⁊c. Quidã in eccleſia dei timore abiecto facies ſacerdotũ non erubuerũt· qui a facie dñi ⁊ ab ira vultus eius diuiſi ſunt· ab hijs ſc₃ qui vocati ſunt ad vitam. Neq₃ ſenum miſerti ſunt p̃latoꝝ ſc₃ qui in oĩbus eis cõdolentes cõdeſcendunt. Nota ꝙ terabile ſit ſacerdotes cõtempnere nec facies coꝝ erubeſcere. i. illis monẽtibus ⁊ videntib₉ a ſceleribus nõ ceſſare. De hijs enĩ dñs dicit. Qui vos audit me audit· qui vos ſpnit me ſpnit. vñ ſubdit̃. Nõ addet vt reſpiciat eos vt nõ cõuertant̃ nec ſaluẽtur· q₃ facies dñi diuiſit eos a ſanctis. Hec facies reſpexit petrũ ⁊ conuerſus amare fleuit· ⁊ receptus ĩ corpe meruit audire· petre amas me paſ· o· m· Hec aũt diuiſio plene fiet in iudicio dicẽte dño. Ite ma· in ig· e· tũc facies dei ira ſc₃ vel vindicta in ignẽ eternũ diuidet eos q₃ facies ſacerdotũ cõtempſerũt nec ſenũ miſerti ſunt. Et notandũ ꝙ ſupra ſacerdotes q̃ſi homicidas plãxit ⁊ hic ſepantur a facie dñi qui nõ detulerũt eis· quãuis enim mali ſint nõ ſunt ꝯtemnẽdi ſ₃ ille ĩ illis colẽdus ⁊ honorãdus a q̃ miſſi ſũt

Hyſtor. Cũ adhuc ⁊c. luget errorẽ miſere gẽtis q̃ magis ſpãuit auxiliũ egypti et pharaois ꝙ dei· cui₉ odi ꝑſpiciẽdo defecerũt dñ gentẽ q̃ nec ſe nec alios ſaluare poterat expectabat qꝺ ſup̃ expoſuit lati₉ ſ₃ h̃ ꝺplorat aũri₉.

¶ Allego. Cum adhuc· ſ· ⁊c· vox ẽ in eccl̃a plãgentiũ qui ſe vana ſpe lactauerũt ſecularib₉ negocijs occupati· ſed mortis infirmitate aut qualibet temptatiõe ꝑuenti inueniũt ſe nõ ſolũ deceptos· ſ₃ etiã cecos. Cum adhuc ſubſiſteremus ⁊c. Subſiſtit quiſq₃ qui dñ viuit ĩ carne rectã fidẽ tenet· ⁊ ſi opib₉ nõ implet· ſ₃ aliq̃ tactus moleſtia· inueñt oculos ſuos defeciſſe· quos ad caduca ⁊ labẽtia intẽderat· vanũ querẽs auxiliũ. Quãtomagis enĩ intentio cordis in reb₉ figit̃ terrenis· tãto ab interno lumĩe et pinguedine gr̃e marceſſit. vñ hñ reuerſus plorat dicẽs. Defecerũt oculi nr̃i ⁊c. Cũ reſpiceremus attẽti ad gentẽ. ⁊c. Sepe enĩ in diuitib₉ ⁊ potẽtib₉ ſpẽ ponim₉ quib₉ dicit· Ia· ap̃ls vlulate miſeri· ⁊ plorate ſup miſerijs q̃ aduenient vobis· hij nec ſe nec alios pñt ſaluare· Immo maledict₉ oĩs q̃ cõfidit in ho· ⁊c· Pñt hec ⁊ de hereticis ꝯuenient̃ accipi ⁊ de hijs q̃ in coꝝ ꝯfidũt auxilijs quorũ odi dum falſa in ſcripturis pſcrutãtur a veritate deficiũt· ad quos coꝝ auditores quos ſaluare nõ pñt inuanũ oculos deficiẽtes dirigunt. vnde ex pſona gementiu₃ ſequitur lubricauerũt veſtigia noſtra. ⁊c.

¶ Hyſtor Lubricauerũt ⁊c Cõgruit hec lamẽtatio iudeis q̃ ſub anticho

mortis ſcelera ſua reuolnūt. Sed ꝓpheta oēs in ſe transfigurat oīm ſcelera tanꝗ̄ ſua deplorat q꞉ tā amara ⁊ inſꝑata captiuitas deſeuit ī gente ſua.

Nota. Lubricauerūt ꝛc. vox eſt hereticorꝫ ſero plāgentium· q꞉ veſtigia eorꝫ in ſcripturis ſacris lubricauerūt· ⁊ q꞉ latā uiā arripuerūt· dūi catholicorꝫ patrū regulas tenere noluerūt· nec viam ꝗ̄ eſt xp̄s· ſꝫ vnuſquiſqꝫ a recto tramite deflexit· ſecutus latitudinē ſuę ꝑuerſitatis· phyloſoforꝫ etiā regulas ingenioli ſui igniculo temptans ⁊ impudēter uitupans ideo lubricātes cadūt in mortem· et ſcelerib̄ completis venit finis damnatōnis.

quia venit finis noſter. Coph.
ſ a ꝑſona aduerſariorꝫ. ſ demones heretici.
Velociores fuerūt ꝑſecutores nr̄i
ſ doctoribus plebis. † ſ in ſpecula regiminis poſitos. † ſ q꞉ ꝑcutiam paſ· ⁊ diſ· o· g·
aquilis celi· ſuꝑ †montes †perſecu
† ſ monachis ⁊ heremitis.
ti ſunt nos: in deſerto †inſidiati ſūt
ſ de quo· ſpūm rec· nn· i· u· m·
† ſ Corde creditur ad iuſticiā· ore aūt cōfit ad ſal·
nobis. Res. Spūs †oris noſtri
ſ dei filius. ſ ioſias. ſ quaſi tocius miſerie ſolaciū in chriſto ſꝑemus· illū imitemur qui captus eſt pro peccatis noſtris ſ qui peccatū nō fecit.
chriſtus dominus: captus ē in pec

Alleg. Lubricauerūt ꝛc. Hęc quoqꝫ ī ęcclesia iure plāgimus dum eos qui ſplēdide ⁊ voluptuoſe viuūt reſpicimus: plangimus eorꝫ laſciuiā qui lubricam ſectātur viā· quia nō ſunt fundati ſupra firmā petram. vñ plangentes dicim᷒· lubrica uerūt. u. n. ꝛc. Niſi enī in plateis pedes exiſſēt a recto tramite non lubricaſſēt. vñ exi cito in plateas. Qui enī latā ⁊ ſpacioſam tenēt viā ante oculos ſummi iudicis extra ſunt qui corꝑe in ęccľa ſunt· lubrica ſunt platearꝫ itinera ⁊ prodinia. Hęc ſe euaſiſſe dd gaudebat dicēs. Statuit ſupra ꝑe· p· m· ⁊ d· g· m. ⁊ alibi qui ꝑfecit pedes meos. tā. c· ꝛc. Vda eſt platearꝫ via ⁊ lutulenta in qua nō ambulatur ſine ruina ideo cōgrue annectiť appropīquauit finis ꝛc. Cōpletio eī nō ſemꝑ in bono accipiť ſcd̄m illud. Nondū ſunt completa peccata amorreorꝫ quorꝫ completio finis fuit eorꝫ ⁊ exterminiū. ſicut hic diciť. Completi ſunt dies noſtri q꞉ venit· fi· n· Dies complētur dum ſcelera ⁊ menſura patrū cumulātur ⁊ venit finis qui ꝑus appropinquauit illis completis. appropīqbat aūt dū ꝯplerētur ⁊ ſecuris ad radicē arboris poneret.

Hyſtor. Velociores· f· ꝛc. Hęc yꝑbolice de iudęorꝫ inimicis dicta ſūt ſicut ſaul ⁊ ionathas in trenis dauid velociores aquilis fuiſſe laudantur forſitan reges ⁊ pncipes populi qui obſidionē chaldęorꝫ euaſerāt maiori velocitate ab hijs quos fugiebant captos eſſe ſignificat.

Nora. Velociores· f· ꝛc. heretici ſępe ī diſputando velociores ſunt aquilis celi· i· doctorib̄ plebis quos ꝑſequūtur ſuꝑ montes ſuꝑ ſcripturā ſcꝫ ⁊ doctrinā aploꝝ ⁊ ſanctorꝫ patrū· heremitis inſidiātur fraudib̄ ⁊ melliſluis ſermonibus.

Nota quātis vrgemur malis. In occulto inſtant inſidię. In apto ſuꝑ montes ſeuit ꝑſecutor· vt paſtores deiciat oues ſternat ſcd̄m illud· ꝑcutiaꝫ paſtorem· ⁊ diſ. o. g. Inde ſequiť ſpūs oris ꝛc.

Allego. Velociores· f· Q꞉ ꝓpheta oīm lamētationes ⁊ ꝑſonas ⁊ proprietates in ſe trāſformat· (oīb̄ factus omnia) plāgit ꝑſecutiones ęccle· cuius ꝑſecutores aquilis velociores ſunt. Immūdi ſiquidē ſpūs velociores ſunt nequicię fraude ⁊ agilitate naturę ad lacerādum ⁊ deuorandū ꝗ̄ aquile celi· i· ꝑdicatores ad eripiendū. de quib̄. Vbi fuerit corpus ibi cōgregabūtur ⁊ aquile· q꞉ vbi memoria paſſionis xp̄i celebratur ⁊ panis ⁊ vinū ꝑ miſterium ſancte orōnis in corpus ⁊ ſanguinem xp̄i trāſfiguratur· aduolāt aquile celi quaſi ad eſcam· vt de morte eius vitā ꝑcipiant. Sed velociores ſūt aerię poteſtates q꞉ non ē ſuꝑ terrā poteſtas quę ꝯparetur eis· hę rugiūt ⁊ quęrunt quē deuorēt. ſuꝑ montes ꝑſecuti ſunt nos ꝛc. q꞉ dum ad ęccleſie regimina extollimur acrius eos ad ꝑſequēdū excitamus nec ī ſpecula apoſtolicę ſedis poſiti ſecuri ſunt q꞉ quos ſuꝑ mōtes eleuatos vident· vt ceteros diligētius inſpiciēdo cōſeruent ⁊ ad culmina virtutū prouocēt· tanto audacius ⁊ ardētius infeſtāt. In deſerto inſidiati ſunt nobis· ꝑ deſertum vita monaſtica aut heremitica quę in deſertis ⁊ in ſolitudinib̄ agiť deſignaťꝯtra quos quaſi athletas fortiores inuiſibiles ſeuiūt hoſtes ſꝫ q꞉ ſecularib̄ curis expediti cōtra hoſtes tm̄ ſollicitꝫ ſunt· ⁊ circūſpecti. Iō occulti᷒ inſidiātur illis quos vident latere in occultis· ſꝫ qui ſuꝑ montes exaltati eminēt exaltatos manifeſtis virib̄ crebris aſſultib̄ ſuſtinēt. hijs aquilis celi ſępe hoſtes velociores ſunt ad decipiendū ꝗ̄ ipſi ad cauendum ꝗ̄ aquile celi ꝯuenieter dicūtur· q꞉ deſpectis terrenis in celeſtib̄ ſpaciātur. Notādum autem ꝙ omibus ⁊ bobus vel equis vel vulturibus vel quibuſlibet auibus nō dicūtur velociores ſed aquilis celi. vñ alibi grex ꝑditus factus eſt ꝑľs meus. paſtores ſeduxerūt eos deſecerūtqꝫ vagari in mōtib᷒ qui ſ. de monte in collem trāſierunt obliti cubilis ſui.

Spūs oris ꝛc. Sicut et hoc aere ſpūm ducim᷒ quē ad ipm reducim᷒ ⁊ inde viuimus. Ita hō interior ꝑ fidē ſpūm dei attrahit· et inde viuit: et ruſus inde (ꝙ viuit ꝙ benefacit ꝙ orat ꝙ cogitat· deinde oīa bona ſua ipſi aſcribendo) reddit

† ſ refrigerationis vnde ſub vmbra alarꝫ t· ꝛc.
catis noſtris: cui diximus in † vm
† ſ adunati gētibus ve fiat· v· o· ⁊· u· ꝑ·
ſ ante mortē.
bra tua viuemus † in gentibus.
ſ ſꝫ. ſ yronice loquiť. ſ terrena vel ſanguinea. q꞉ ſicut in chriſto ſpes ſanctorꝫ ⁊ exultatio ita ⁊ malorꝫ cōfuſio ⁊ damnatio
Syn. Gaude ⁊ letare filia edom ꝗ̄
ſ ꝑtinaci ſtudio ſ nō ī celo ſ cōſilietoris. i. dyaboli
† ſ ſicut ad hieruſalē vñ qui accepit gladiū. g· ꝑ.
habitas in terra hus. † Ad te quo
ſ babylonis qui inebriat· o· g·
qꝫ perueniet calix inebrians atqꝫ

Spūs oris ꝛc. Hęc iudęi de ioſia dicta putāt q꞉ iuſtus rex nō pro ſuis ſed pro ꝑpli peccatis occiſus ſit in quo ſpem poſuerāt cuius alas vbiqꝫ gētibus exponebāt ſed veriſſime xp̄s hic intelligiť qui pro peccatis hūani generis nō pro ſuis a iudęis captus et occiſus eſt cuius diuinitas notať cum diciť. Spirit᷒ oris noſtri. Spūs eniꝫ diciť filius ſcd̄m illud Spūꝫ rectū· in· i· u· m· hūanitas inſinuať cū ſubiungiť xp̄s dn̄s ꝛc. Q꞉ enī vna ꝑſona eſt hō ⁊ deus vbi xp̄s capitur deus capi dr̄· ſpiritus oris noſtri xp̄us hū diciť q꞉ quē corde credim᷒ ore cōfitemur ſcd̄m illud. Corde crediť ad iuſticiā· o· a· ꝛc. oris eſt aſpirare· ⁊ qđ ī fuſione gratię aſpirando recipim᷒· reſpirādo cōfitemur. Sed corꝫ ꝓprie iſta vox eſt qui ita habēt in ore verbum veritatis qđ eſt xp̄s ſicut ⁊ in corde· q꞉ ex abūdātia cordis os loquiť. Hic captus ē in peccatis noſtris· ut noſtra ſcꝫ peccata deleret nō pro ſuis q꞉ quę nō rapuit ſoluit cui diximus In vmbra tua viuemus in gētib᷒ q꞉ ipe eſt expectatio gentiū ⁊ ſemē abrahe. In quo hñdicētur gētes terrę· in hūc ꝓpha corde credebat· ⁊ ore profe rebat. In vmbra tua viuem᷒ in gētibus. Vēturus eī erat· vt cū gentibus iudęos ſaluaret. vñ ꝑ futurū dixit· viuemus qui peccatis mortui eramus. In vmbra tua de qua dr̄· ſub vmbra· a· t· p· m· xp̄s captus eſt ⁊ crucifixus· ſub vmbra paſſionis nos protexit· q· alis in cruce extenſis caro eius nobis vmbra fuit ꝗ̄ eſtus mētis noſtrę refrigerauit ⁊ varias eſtuū paſſiones temꝑauit. Nam ⁊ aploꝝ vmbra ſanabat infirmos caro eius quaſi vmbra fuit q꞉ vidimus eū non hñtem ſpēm neqꝫ· de· de qua diciť· aſcēdet dn̄s ſuꝑ nubē leuē· ⁊ ingrediet· e· Hęc fuit nubes lucida ſuꝑ aplos ne eos iniquitatis exureret ardor qđ ꝓpha predicebat· iam in vmbra· t· vi· i· gē· Nam ⁊ ꝓpheta eū in vmbra vidibat· qui quaſi in ſpeculo mētis diuino illumīatus ſpū futura preuidebat· nūc aūt totum illumīat mūdum quāuis adhuc per vmbrā ſui corꝑis· i· ęccleſie videam᷒ eū nō facie ad faciē. In hac vmbra refrigerati ſpe viuimus. Notandū ꝙ oīs lamītationis intētio ad hunc finem tendit in quo oīs moleſtia finiť· poſtea vero quaſi biniū demonſtraťq꞉ ꝑs electa tenet dexterā: reproba peccatis polluta amplectiť leuā. Vñ ei dānatio ęterna alij vita ęterna· cum abſterget deus· o· la· a· o· ſa· qđ crux domini quaſi tribunal iudicis preſignauit vbi ꝑ fidem alter eorꝫ qui hic inde dependebat aſſumptus ē· alť ꝑ blaſphemiā damnatus ē q꞉ pendētem corā oculis ſuis viuā cōtempſit· Eſt quoqꝫ diligēti diſcretione notanduꝫ ꝙ ſanctorꝫ luctus termīatur· ⁊ gaudiū poſt triſticiā incipiť. In duob᷒ ſequētib᷒ verſibus a gaudio ne viti mū inchoať· qđ nllo doloris remedio terminať vñ addiť. Gaude ⁊ letare filia edom.

Hyſtor. Gaude ⁊ l· ꝛc. ydumeos ſemꝑ iudęis inimicos fuiſſe et cęteras gentes ꝑ circūitum hyſtorię narrāt ⁊ ꝓphete· ⁊ q꞉ de malis eorū letati ſunt digna vindicta dn̄i inebriabūtur vnde ſubiungiť· ad te quoqꝫ pueniet calix ꝛc. hęc oīa completa ſunt babylonijs iudęos captiuātib᷒ qui et ipſi captiuati ſunt ꝑſis ⁊ medis vaſtāntibus ſed melius hęc de vltimo iudicio accipiuntur.

Allego. Gaude ⁊ le. ꝛc. Edom ⁊ babylonia idē ſignificāt. Due enim ciuitates ab initio ſeculi ſignātur· altera hieruſalē altera edom quę et babylon· altera eū propheta plāgit ⁊ ꝑturit· altera cur plangatur neſcit· alteram chriſtus ędificat alterā dyabolus qui ꝑ nabuchodonoſor ſignatur· babylon eſt ciuitas ꝑditorꝫ ꝗ̄ inebriat· o· t· vino iniqtatis. vñ calix aureus babylon in manu dn̄i d vino furoris eius biberūt· o· g· quo ⁊ edom inebriata plāgitur. Iō ei yronice diciť. Gaude ⁊ letare filia edom Edom ſanguineus vel rubeus interꝑtatur hic eſt populus qui carnis vicia ſectatur ꝗ̄ de ꝑmogenitis ꝑſentis vitę voluptates nūdinatur· vnde ſequiť. Quę habitas in terra hus. Niſi enim in terrenis mentem poſuiſſet inebriari vel virtutibus ſpoliari nō poſſet· hieruſalē aūt ſurſum eſt cuius cōuerſatio in celis eſt. ve enim habitātib̄ in terra· edom uero ꝗ̄ in terra hitat licꝫ gaudere

ꝛ letari videatur aureo tñ poculo inebriatur· ꝛ in furore dñi nudat̃ q: de-
creuit nō in terra ſimpliciter cōuerſari·ſed iuxta alios codices in terra hus
·i·cōſiliatoris dyaboli·ſ·qui ꝑuerſa ſuggerit cōſilia cōtra angelum magni
cōſilij. Nā ꝛ edom terrenus interꝑtatur in quo deſignātur qui terrena ſe-
ctātur diaboli decepti conſilio. vnde ad eos ꝑuenit aureus calix ꝛ nudan
tur gratia dei.

¶ Completa eſt. Nota ꝙ in clauſula vltimi verſus attribuit vnicui-
qꝫ parti qḋ cōuenit vt ſyon·ſ·afflicta non de ſperet et filia edom af-
fligenda nō inſultet.

¶ Hyſtor. Cōpleta eſt iniquitas ꝛc. ab-ſolutis peccatis popu-lo iſrael reditus in ter-ram ſuā ꝛ quies ſecura promittit̃. In eos ve-ro qui eū ꝑſecuti ſunt ·i· filios edom futura vindicta declarat̃·hec iuxta litterā vtriſqꝫ cō-tigiſſe manifeſtū eſt·ſꝫ generalit̃ de oīb9 ac-cipiendū eſt quib9 ī vl-timo examine ſcḋꝫ ope-ra ſua ſentētia danda eſt·vt ſyon de merore trāſeat ad leticiā edoꝫ de leticia: ad triſticiam ſempiternam.

ſ virtutibus.| † ſ finita· vnde dimiſſa ē iniquitas illius

nudaberis. Thau.† Cōpleta ē in

† ſ ſpeculacionis ſ plantati in domo domini.in. a.d.d.n. ſ eccleſia ſ q: imutabili im mutabiliter adherebis.

iquitas tua filia †ſyon: non addet

ſ eccleſiam. ſ puniendo·

vltra vt tranſmigret te· Viſitabit i

ſ nō creaturā ſuā ſ ꝑs iniqua .ſ terrena ꝛ ſanguinea· † ſ que confiteri noluiſti.

iquitatem tuam filia edom: † diſco

operiet peccata tua. Oratio hie

remie.

¶ C V.

¶ Notandum immo maxime admirandū ē ad quātā altitudinem hiere
mias cōſcēderit. vnde quaſi de ſpecula dilatato corde agones huius ſeculi
cōſiderat. nūc ſimul omēs. nūc ſingulos. nunc iudeoꝝ caſus deplorat. nūc
eccleſie luget detrimēta· morum ꝑturbationē dolet. nūc reſtaurationem hi
eruſalē ꝛ gloriā intuet̃ ꝛ eccleſiā exaltādam gloriat̃ cum victorib9 gaudet
cū victis luget· deniqꝫ omnē ſexum· omnem etatē ꝑlatos ꝛ ſubditos tanqꝫ
vn9 ſit in oīb9 ſi male cedat deplorat ꝛ ad deplorandū inuitat· ſingulis
ꝑſonis ꝓpria lamēta imptitur· ꝛ ſemꝑ nouas lacrimas fundit. Vñ dū al-
ternati nouas ꝑſonas īducit ad vltimū dñm noſtrū hieſū xp̄m eē captū
teſtat̃ pro peccatis noſtris· non tñ omnes a morte redemiſſe. ꝓpe finem in-
gemiſcit ꝛ eoꝝ qui cōuerſi ſunt finitam eſſe maliciam gaudet· vt vltra eos
dñs nō trāſmigret q: plātati ſunt in domo dei· ꝛ erūt ſicut angeli in celo·i·
regnabūt cum xp̄o· eos vero qui ſanctos ꝑſecuti ſunt pro iniquitatib9 pu
niēdos eē affirmat cū eoꝝ detegētur peccata. Hic intelligendū ē ꝙ in ſcrip
turis ſanctis nihil aliud eſt qꝫ lamentationes· q̄ frequentande ſunt in hoc
ſeculo ꝛ carmen quod angelis cātabimus in celo ꝛ ve qḋ filij edom vlula
būt ī inferno. Lugeamus ergo cū hieremia in hoc ſeculo ne vlulemus cū fi
lijs edom in inferno fugiamus gaudia ꝑſentis vite· et inania carmina vt
cū angelis cantare poſſimus ꝑpetuum alleluia.

¶ Allego. Cōpleta eſt ꝛc. hec ſunt vt diximus due ciuitates q̄ ab initio
cōſtruunt̃·ſyon que ꝛ hieruſalē: ꝑ yſaiam dicit̃ ꝙ completa ſit malicia ei
us· ꝛ dimiſſa iniquitas illius ſcḋm illud. Beati quoꝝ.re.ſ.i.ꝛc. cui ſimile ē
iſtud. Cōpleta eſt iniquitas tua filia ſyon. cōpleta eſt q: remiſſa ꝛ finita q:
ſuſcepit de· ma· do· dup· pro peccatis ſuis· vnde leta promiſſio ſubiūgitur.
Nō addet vltra vt trāſmigret te· cū enī facto iudicio iniqtas ceſſauerit et
plena requies affuerit nulla amplius mutatio erit. Viſitabit iniqtatē tuā
vt nō remittat ſed ut puniat dicēs. Ite ma. in. ig. e. ꝛc. Diſcooperiet peccata
que tecta fuerūt ꝛ iniqtates q: tunc manifeſta erūt abſcōdita cordis noſtri
qñ illumiabit dñs abſcōdita tenebraꝝ· q̄ hic celādo tegim9 ibi deteget de
us. ꝛ teget q̄ ꝑ cōfeſſionē detegimus: ꝛ q̄ lacrimis abluimus attritionib9
cordis ꝛ corꝑis obliteramus. Hec quidē ſunt ſigna futuri examinis qḋ ꝑ
thau litterā ſignificatur· q̄ vt ſepe diximus ſigna interꝑtatur. vñ ꝛ lamēta-
tiones ſub eadem littera terminātur. vñ dediſti metuentib9 te ſignificatio-
nem. v.f.a.f.a.

¶ Recapitulat tanqꝫ rethor diuinus oīa ſub vno aſpectu colligēs mo
re rethorico ꝯqueſtionē ꝛ indignationē alternatī ꝑmiſcens· Cōqueſtione
in ſe ꝛ in ſuos demētiaꝫ iudicis alliciēs. Indignatione in aduerſarios irā
cōpellens· cōquerēdo ergo exponit quib9 in bonis fuerit ꝛ quib9 in malis
ſint dicens. Recordare dñe quid acciderit nobis· vel ſcḋm alios. Memen
to dñe· quid a. n. ꝛc. deplorat igit̃ añ iudicē dementiſſimū qꝫ turpes res· et
humiles paſſi ſint. Inuenies ergo ſi bñ ꝑpendis etiā loquēdi artes a nr̄is
ad phyloſophos tranſiſſe. nō ab illis ad noſtros aſcēdiſſe qḋ plene ꝑcipi
es ſi ꝑ ſingula intentionem ꝓphete ꝛ affectū ꝛ verba conſideres· ipe eſt enī

fratrū amator qui multū orat pro populo pro oīb9 lamentans· ꝛ omnes
ad lamentandum inuitās.

¶ Hec lamētatio a quibuſdam cāticum appellat̃. Nam ꝛ lamēta recte cā
tica dicūtur· ꝛ ecōuerſo. Sicut enī in ꝑſenti ſine miſerijs nulla ſunt gaudia
ita ſine lamētis aut pauca aut nulla ſunt cātica. Mona chi tñ tāqꝫ pſalmū
decantāt. vera aūt cātica in celeſti ſyon decēt: la mētationes in exilio. Iure
tamē anteqꝫ ad patriam veniat̃ ad quā ꝑperatur quaſi in meditullio car-
mina fletib9 ꝛ ecōuerſo ꝑmiſcent̃: dū ꝑſentia mala plangūtur ꝛ gau dia futura ſꝑantur.

ſ a ꝑſona iudicis cuius miſericordiā humiliter implorat. ſ vox martyꝝ. ſ qui oblitus videris dū nō vleiſce ris· ſ qꝫ magnū qꝫ crudele.

RECORDARE do

ſ immeritis. ſ a ꝑſona propria cuius exponitur miſeria.

mine qḋ accidit nobis: intuere ꝛ re

ſ vnde facti ſumus obprobriū vicinis·n· ſ ſcriptura·

ſpice obꝓbriū nr̄ꝫ. Hereditas no

† ſ ſcripturaꝝ intelligētie vel mentes ſ demones·

ſtra verſa eſt ad alienos· † domus

† ſ dō pro peccatis noſtris offēſo· ſ a fortūa· ſ q̄ tu9 debes eē adiutor· vnd pupillo tu eris adiutor

nr̄e ad extraneos. † Pupilli facti

¶ Hyſtor. Recordare ꝛc. captiuitatem ꝛ miſeriā ſue gētis inge-rit oclis creatoris. No-tandū tñ ꝙ iudicē ī ad uerſarios non exaſꝑat ſed genti ſue deplorā-do veniā orat. Nō di cit memēto dñe inimi-coꝝ noſtroꝝ quaſi di-cat· tolle dñe mala que patimur· ſꝫ ignoſce fa-ctorib9. quid accide. n. Mala enī quedā ſunt nobis· q· naturalia ſed alia accidētalia q̄ ſpō-te ꝛ actualit̃ peccando adijcimus. Intuere ꝛ
reſpice idem eſt ſed iteratio affectionis indiciū eſt: hoc enī affectu dolentis
legendū eſt: obprobriū ei erat gentē ſanctā miraculis preditā dei ꝑſentia il-
luſtratā in tm̄ peccaſſe vt iuſto dei iudicō tā immani mulctaret̃ captiuitate

¶ Allego. Recordare. vox martyrū eſt qui tormētis afflicti clamāt. Me
mēto dñe· q· a· n· cum enī in ꝑſentia nō vleiſcat̃. oblit9 videt̃. vñ vſquequo
dñe. ob. ī. ꝛ alibi obliuiſceris· io· n· ꝛ· t· n· opprobria ei ꝛ cōtumelias marty
ribus eſſe illatas nemo eſt qui ambigat.

¶ Hyſtor. Hereditas ꝛc. Mala ꝑticulatim enūerat. Iudeis enī ī cap
tiuitatem trāſlatis hereditatē eoꝝ poſſederūt alieni. Tangit etiaꝫ prīm ꝓpro
gatiua ꝛ largitatē diuinā qua largiēte hoſtiū hereditas ad patres trāſi
uit quā diu poſſederūt protectione dei. ad alienos a deo·ſ· nō ad ſuperiores
patres· ſed ad inferiores quod indigniſſimū eſt.

¶ Allego. Hereditas enī. ꝛc. heretici hereditatē eccle aut demonib9 aut
ꝑrauis inſtitutorib9 tradiderūt. Vñ alia interꝑtatio hereditas nr̄a cōuer
ſa ē alienis· ꝛ domus nr̄e extraneis. Qḋ enī ꝯuertit̃ erat quidē· ſꝫ in aliud
mutat̃. Scriptura enī hereditas ē fideliū· hāc aūt cōuertūt q̄ a deo alieni
ſunt. Alienis ē·ſ· ſcriptura ad mortem q̄ ꝯuertit̃ catholicis ad ſalutē· q: im
mutata ſeruatur. Domus nr̄e extraneis. Quicqḋ enim interius exteri9 ve
hūit ꝓpa ab hoſtib9 (ſcḋm litterā) poſſeſſū ē vel trāſlatū eſt. Tropologice
vero dom9 ſcꝑturas diuīas ſignificāt· in quib9 mētis intētiones habitāt
tanqꝫ ianuis· patefactis ſenſib9· ſꝫ eas heretici ad ſue ꝑuitatis ītentionē
ꝯuerūt. Demones quoqꝫ extranei intelligūtur q̄ ſenſuꝫ extraneū ſcriptu-
ris inſerūt· domus etiā noſtre·i· mētes humane ad extraneos·i· ſpūs immun
dos peccando tranſeunt.

¶ Pupilli facti. Quintus decimus locus ꝯqueſtionis ꝑ quē eoꝝ qu
cari eſſe debēt magis qꝫ ꝓprias plāgimus fortunas.

¶ Hyſtor. Pupilli ꝛc. Alia interꝑtatio hꝫ orphani facti ſumus velut
nō hūtes patrē· de9 eī iudeos adoptauit ſibi in filios. vñ filius me9 ꝑmoge
nitus iſrl̃· ſed facti ſunt velut nō hūtes patrē quē quāuis hūtes in iniqta
tib9 ſuis irritauerūt. Matres noſtre quaſi. n. vij. ſ. ſynagoge in monte oli
ueti ꝯſtitute que tanqꝫ matres filios debebāt lactare ſubditos educare et
que chaldea captiuitate deſolate ꝛ cremate ſunt.

¶ Allego. Pupilli ꝛc. Eadē eccla voce gemit· dum oppſſa anguſtijs
minus ſentit auxiliū ꝑīne pietatis ꝛ ꝯſolationis. Ali9 vero interpres dixit
nō hūtes. alius velut nō hūtes. Aliqñ enī grauiorib9 delictis offenſ9· om
nino pat̃ amittit̃. Aliqñ aūt auxiliū differt ſed non aufert. Matres nr̄e qſi
ui eccle·ſ· q̄ nos nutriūt ſuo lacte viduate· paſtorib9 fugiētib9 vel negligē
tib9 nō pñt filios deo generare· q: nō hñt q̄ poſſit fecūdare nō tñ abſolute
dicit̃ vidue ſꝫ qſi vidue q: videt̃ viros hic. Hereticoꝝ aūt iure ſterilitas
plāgit̃ quoꝝ eccle recte qſi vidue dicūtur· q: ꝛ ſi vero ſpōſo in qbuſdā ſa-
cramētis iungūtur· deo tñ fructū nō cōcipiūt. Hāc ſigficāt cōcubine dd· q̄
ad eas prius intrauit· ſꝫ nō ſibi pleno ꝯiugio copſauit qs poſtea abſolon
tanqꝫ ſathanas inceſtauit· ꝛ dauid eas in eterna damnatione in tenebris
recluſit.

¶ Morā. Matres noſtrę ⁊c. Matres oīm virtutū fides·ſpes·caritas· ex quib⁹ deo renaſcimur ⁊ cęter e virtutes generātur·ſed cū ſeculi vanitati bus viciāt̄ ⁊ charitas qua verū ſeruat̄ ꝯnubiū·ad alia deflectit̄ q̄ſi uiduę (nō t ñ abſolute vidue) deplorāt̄ q: ⁊ ſi inquibuſdā exterioꝛib⁹ xp̄m ample cti videātur·vim tñ ſancte prolis generādę amiſerūt interius· qḋ enim nō eſt ex fide peccatū eſt et qḋ ſine charitate agitur prodeſſe non poteſt.

¶ Hyſtor. Aquā noſtrā ⁊c. Crudelitatē hoſtiū ⁊ afflictionē ſuoꝝ et in opiā ſignificat·vt etiā aquā ꝓcio emerēt cum debeat eſſe vſus cōmu nis aquaꝝ.

¶ Moꝛa. Aquā ·n· ⁊c. Aquā ꝫ pecunia bi bunt qui lacrimarū li. quoꝛib⁹ gemēdo inebri ant̄·pecunia·ſ·ſcriptu raꝝ dum in eis ęterne vitę ꝓmia ꝑpendunt ⁊ ſupplicia·quaꝝ medi tatione charitatē nutri unt ⁊ timoꝛē·⁊ vtroq; mō fit aīmus pronioꝛ ad dolendū·vñ cibab nos pane·la·⁊c. Lig na quoq; ad nutriendū ignē dñi emimus·cum ſpūalia poſtbitis ter renis cōpamus·hāc q; q; aquā bibere ē ſapiē tiam ⁊ ſciam ſecularīū pro ſpūalib⁹ dare·aut certe· vi tutib⁹ animi poſtbitis vicia admit tere.

¶ Allego. Aquā·n· ⁊c. Contra ſacerdotes dicit hoc·qui faciūt domū dei domū negociatōnis qui doctrinam dei vel ſacramēta et ſpūs ſancti dona pecunia diſtrahunt cū yſaias dicat omnes ſiciētes venite ad aquas ⁊c. ⁊ bibite abſq; ꝯ·vi·⁊·l· Recte ergo hic voce plebis plāgit̄·cui ſcripturarū ligna ⁊ ſpūs ſancti do na quib⁹ ignis quotidie in altari nutritur precio ꝯꝑantur.

¶ Hyſtoꝛ. Ceruicib⁹ ⁊c. Cōtemptum captiuoꝝ ⁊ vexationē pio iudici inſinuat qui potētes deponit·⁊ humiles exaltat. Ceruicib⁹ enī ꝑcuſſis mi nabañ ⁊ cōpellebamur·vt laſſati curzerēt·⁊ ſine requie laborē opis ꝑferrēt

¶ Allego. Ceruicib⁹ ⁊c. Deploꝛat ęccła q; martires a ꝑſecutoꝛib⁹ cola phyȝātur·ligatis ceruicib⁹ trahūtur de loco in locū·ſine requie fugere cō pellūtur qḋ ſignificat cū dicit̄·laſſis nō dabat̄ requies. Oñis aūt afflictio ⁊ deſpectio in ꝑcuſſis ceruicib⁹ mōſtrat̄ q: tñ dictū eſt ſi quis ꝑcuſſerit te ī vnā·m·p·e·⁊·a· Melius ꝑ ceruicē ſupbiam accipimus qua ferimur ⁊ fuga mur cū ex cōſcientia reatus ꝑtimeſcim⁹ q: deus humilia reſpicit·⁊ al·a·l·c· quo cōſiderato nō eſt requies·q: vita carnalis laboꝛioſa, ſpūalis quieta.

¶ Hyſtor. Egypto ⁊c. plangit̄ q; nobilitati ꝓrogatiua ꝓphetaꝝ ⁊ pa triarchaꝝ·egypto cui ante ſeruierūt fame coacti pro panib⁹ dederunt ma nū vnde repleti ꝑius pro panib⁹ ſe locauerūt: aſſyrijs quoq; vrgente fame ſeruierūt·quib⁹ olim deus māna pluerat ⁊ eos miraculis multis extulerat Q; aūt alia trāſlatio habet egyptus dedit manū aſſyrijs in ſacietatē ipſis ſignificat egyptios aſſyrioſq; ad iudęoꝝ ſpolia diſtrahēda·⁊ cupiditates ſuas ſaciandas cōueniſſe.

¶ Alleg. Egypto ⁊c. Cōtra ęcclām egyptus cū aſſyrijs pugnat de qui bus dicit̄. Nō timebo·mi po·c·m· Per egyptū aerie poteſtates intelligū tur q̄ aſſyrijs·i·potētibus adiūgunt̄. vt ꝑ eos electos dei ꝑſequātur. Hoc aūt faciūt. vt impietatē ſuā ſacient crudelitate penaꝝ. Egypt⁹ quoq; dat manū aſſyrijs in ſacietatē ipſis quādo heretici ſociātur hereticis· vt ſe ſaci ent acquiſitione decepti populi. Sꝫ iuxta hebraicā veritatē ęccła lamēta tur·q; miniſtri altaris pro terrenis rebus dant manus potētioꝛib⁹ qui di uiciaꝝ vel delictoꝝ tenebris obſcurātur. Egyptus enī tenebꝛe interꝑtatur vel aſſyrijs·i·dirigētibus qui ſe·ſ·ad omnia mūdana dirigunt vt diuicijs affluāt honoꝛib⁹ excellāt·quib⁹ ſeruiūt miniſtri xp̄i pro caducis et trāſito rijs·⁊ ſic lumīaria mūdi tenebrę fiūt q̇ manus ad ſancta debent leuare ⁊ cū moyſe ad celū tēdere ne fiāt graues. vñ in noctib⁹ extollite·m·u·i·ſ·⁊·b·d·

¶ Paſchaſius. Hyſtoꝛ. patres ⁊c. Iudei iniquis patrib⁹ ſimiles ma ledicta legis in ſe traxerunt quaſi impoꝛtabile iugū nolētes xp̄um recipe q̇ iugum legis venerat auferꝛe quib⁹ dicit̄. vt veniat ſup nos oīns ſanguis iuſtus·q·ef·e·ſ·t·⁊c. ⁊ alibi: Implete mēſurā patrū veſtroꝝ· quib⁹ verbis

ʃ eccleſie·vel fides·ſp·ca·
**ſumus abſq; patre: matres noſtrę**
ʃ fortuna ʃ res turpes ⁊ hui(?)es· ʃ doctrinaꝫ
**quaſi vidue. Aquam noſtram pe**
ʃ cōtra illud qui nō habetis argentū emite·
ʃ ſcripturaꝝ·ſpūalīū donoꝝ·
**cunia bibimus: ligna noſtra pꝛe**
ʃ a ſymoniacis ſacerdotibus· ʃ ꝑcuſſis ʃ a perſe cutoꝛibus·
**cio comparauimus. Ceruicib⁹ nr̄is**
ʃ quia de loco in locū fugere cōpellūtur.
**minabamur laſſis nō dabatur re**
† ʃ potētioꝛibus qui curis diuiciaꝝ obſcurātur.
ʃ vincti.
**quies. † Egypto dedimus manū ⁊**
ʃ dirigētibus ſe ad lucra ſeculi.
ʃ caducis rebus ⁊ trāſitoꝛijs.
**aſſyrijs·vt ſaturaremur pane.**
ʃ eccleſiaſtici vel adā ⁊ eua. ʃ patres·n·comede rūt·v·a·⁊·d·f·ob ʃ q: moꝛtui.
**Pr̄es nr̄i peccauerūt ⁊ nō ſunt·⁊**
ʃ originale peccatū·vel penā culpe ſacerdotum.
ʃ verba videtur obliquare in iudicem·vt immeri tos vlterius nō affligat.
**nos iniquitates eoꝝ poꝛtauimus**
ʃ a fortuna: ʃ qui debuerūt ſeruire. ʃ demones vel heretici vel mali prelati.
† ʃ ſi deus nō vult alius non pōt.
**Serui dominati ſunt noſtri: † non**
† ʃ niſi chriſtus qui ſeipſum dedit in precium.
ʃ poteſtate.
**fuit qui redimeret de manu eoꝛuꝫ**
ʃ deſiderio aīmaꝝ quaſi q̄ indigna patimur q̄ crudelia q̄ miſerāda
**In aīabus noſtris afferebamus**
ʃ qui de celo deſ· ʃ ſcripturaꝝ. virtutū
† ʃ ab impugnatione inſidiantis dyaboli qui ceci dit de padiſo vt habitaret in deſerto.
**panem nobis: a † facie gladij in de**
ʃ moꝛtalitatis ʃ dyabolus.
**ſerto. Pellis noſtra q̄ſi clibanus**
ʃ flatu dyaboli. ʃ ſpūalis qui quaſi turbo tempe ſtatis animam cōcutit
**exuſta eſt: a facie tempeſtatum fa**
ʃ eccleſias· ʃ heretici· ʃ a ꝑſona eoꝝ beni uolentiam ſibi acquirit
ʃ aduerſarios in odiū inducit quoꝝ factū ſpurcū·ſupbū ⁊ crudele oſtendit·
**mis. Mlieres in ſyon humiliaue**
† ʃ diuerſis gradib⁹· ʃ nō furtim ſed publice·
**rūt: ⁊ virgines † in ciuitatibus iuda**

oſtēditur q; imitatores ꝓcedentium patrū in ſe delicta trahunt q̄ ſua poꝛ tare nō ſufficiunt. Quia ergo emulatores patꝝ hereditaria impietate deū offenderūt quaſi de radice in ramos ⁊ peccata ⁊ vindicta ꝑuenerūt quaſi patrib⁹ noſtris ſimiles·⁊ iniquitatē eoꝝ ⁊ vltionē poꝛtamus.

¶ Allego. Patres·n·⁊c. vox eſt xp̄iani ꝓli qui ſacerdotū ⁊ principum peccatis flagellat̄ dicētis·p·n·p·⁊c. quaſi nō ſunt qui debuerāt ⁊ nos iniq̇ tatis eoꝝ vindictā ſuſtinemus non tñ ꝓls de ſe ꝓſumat·q: pro merito ple bis eſt electio paſtoris neq; imitatoꝛib⁹ culpa minuit̄ ſed auget̄. vnḋ caym ſeptics punitur· lamech ſeptuagies ſep ties. Poſt ꝓceptū enī ⁊ exemplū maioꝛ ē pec cantis pena·ſicut ⁊ pec catū· Pōt etiā hoc re ferꝛi ad originale pecca tū cuius tabes in oīns tranſijt·ſed qui gratia ſunt liberati nō poꝛtāt iniquitatē patr·s·pa tres enī pec·⁊c. Pec catū enī nihil eſt·⁊ qui peccat nihil eſt. q: reli cto vero eſſe voluit nō eſſe·i·peccare. Nō dix it patres peccauerūt·et nō eſſe peccatū eoꝝ· Il lis enī defunctis manꝫ peccatū·⁊ pena peccati Sꝫ poſtquā peccatuꝫ in baptiſmo remiſſum eſt·unuſq̇ſq; ꝓprijs pu nitur mal̄ aut remune ratur ꝑ bonis.

¶ Hyſtoꝛ. Serui do·⁊c. Eaſdē texit ⁊ retexit miſerias ſemper aliquid noui adijciēs quāuis eadem reuoluēs·⁊ nouos refert cruciatus·vt pius iu dex ad miſericoꝛdiā moueat̄. Serui dñati ſūt·q·tu liberaſti nos ī brachio extēto·⁊ exaltaſti in regno nūc enī ſerui dñant̄ noſtri·et nō ē qui redimat· quaſi cur obliuiſceris cōſueta bñficia reſpice in nobis opa tua nō noſtra.

¶ Allego. Serui dñati ⁊c·ploꝛat gēs ſancta·ꝓls acq̇ſitionis q; ſpūales neq̄ꝗ; q̄ ſuā ꝑdiderūt libertatē dñantur noſtri ⁊ affligūt ſeruitute peccati Vel peccatoꝝ ſerui in ęcclaꝝ regimīe ꝯſtituti in eos quos dñs redemit fu roꝝ vtūtur rabie nō canum defenſione: luctus ergo iſte ꝑnitētiū eſt. q̄ la queos ſathanę euadere cupiūt c⁹ dñio ſubiugati ſunt. Heretici q̄q; ſerui peccoꝝ dñantur eis quos deceperūt·⁊ ſeruos faciūt vicioꝝ ⁊ interdum ne mo eſt qui abſoluat eos qui eoꝝ dogmatib⁹ irretiti ſunt.

¶ Hyſtoꝛ In aīabus ⁊c. immenſi laboris vexatio deſcribit̄· cū tam aīa q̄ coꝛpus laboꝛare oſtendit̄. Erat enī exterius laboꝛ quotidianū victū ac quirēdi·interius laboꝛ a facie gladij quaſi cū ꝑiculo vitę acq̇rebat̄ panis.

¶ Allegoꝛ. In aīab⁹·n·⁊c. Felix aīa q̄ tā ardēter petit panem vitę ſcꝑ turaꝝ·ſ·⁊ ꝯtutū·quē acq̇rit a facie gladij ſolitudīs·i·timēdo ⁊ cauēdo ab ī ſidijs dyaboli·cōtra hūc gladiū opponēdo ſcutū fidei vt ſaluet̄ a facie per cuſſoris de quo dr̄·añ fa cīe eius fuit padyſus·⁊ poſt eū ſolitudo deſerti·q: añq̄ fidelē aīam irrūpat·virtutib⁹ floret. q. padyſus ſꝫ eius afflatu ſiccat̄· ⁊ in deſertū redigit̄. Relinquit̄ enī a deo q̄ ſupplātat̄ a dyabolo.

¶ Hyſtor. Pell̄ no·in exuſtōne pellis magnitudo famis·quā ſiq̇s noſ ſe deſiderat qui matres filios deuoraſſe affirmat ioſephū legat ⁊ deuoran ciū fauces latrunculos ꝓfocaſſe·⁊ pene de ipſis viſceribus cibos deuoꝛatos abſtraxiſſe.

¶ Allego. Pellis·n·⁊c. plāgitur pellis noſtra quaſi clibanus exuſta·q̄ ꝓmi parētes induti d̄ padyſo ſūt eiecti. vñ ſingulariť pellis ñ pelles dixit q: ex ipſis oīns vnā cōtraximus pellē moꝛtalitatis. hęc facta ē q̄ſi clibanus ardēs.i. dyabolus q̇ eſt foꝛnax vicioꝝ quē quotidie nouis ꝯcupiſcētiarū incēdit vſtionibus. Hac aduſtione tempeſtate famis affligimur· q̇ ęternę vitę epulis nō reficimur. Alia vero trāſlatio habet plagaꝝ famis cum vna plaga ſit vel tempeſtas coꝛpalis famis q: fames ſpūalis vulnerat omnes ſenſus mētis ⁊ coꝛpis. Hac quaſi tempeſtatū turbine anima iactata rapta tur. vnde ſequit̄. Mulieres in ſyon. ⁊c

¶ Mulieres. Hoc ad litterā iudęis accidiſſe nemo dubitat ⁊ xp̄i ec cleſias fame ⁊ ſiti verbi dei afflictas·⁊ hereticoꝝ prauitate coꝛruptas. Vñ timeo ne coꝛrūpantur ſenſus veſtri a caſtitate·quę eſt in xp̄o ieſu. Et in fra deſpōdi n·uos v·v·v·c·e·xp̄o Tales virgines coꝛruptas fuiſſe merito

ſ ſacerdotes. ſ ſicut anthiochus ⁊ ſocii eius.
ſ q̄ hoſtiū crudelitas nec etati pepcit nec digni tati.

**Principes manu ſuſpēſi ſunt: fa**

ſ quartus cōqueſtionis locus hec enim fortuna ⁊ priſtino honore indigna ſunt.

**cies ſenū non erubuerūt. Adoleſ**

ſ factū ſceleſtū nephariū. vnde hoſtes inducun tur in odiū. ſ maſculi in maſculos turpitudinē opantes.

**centibus impudice abuſi ſunt: et**

ſ ſtulti. ſ quib⁹ nec etas ſubuenit. ſ cruce ſcilicet cōtempta. ſ etate indigna. ſ primus locus cōqueſtionis ſ conſiliarii. ſ iudices.

**pueri in ligno corruerūt. Senes**

ſ qui dicūt pſallā ſpū pſallam ⁊ mente. ſ aperite mihi por. iuſ. ⁊c.

**defecerunt de portis: iuuenes de**

ſ ſanctoꝝ. ſ impenitētibus. ſ auditui m. da. gau.

**choro pſallentium. Defecit gaudi**

ſ cōtriti ⁊ humiliati. ſ armoniā lugēdi

**um cordis noſtri: verſus eſt in lu**

ſ virtutū. ſ honeſtī in eccleſia vel ſul gidi vel voluntas bona

**ctum chorus noſter. Cecidit coro**

ſ populo ſ ergo ſ amiſſa corona

**na capitis noſtri: ve nobis q2 pec**

ſ conceſſio ſ penitētia cotritū ſ cor cō. ⁊ humi. d. n. de.

**cauimus. Propterea meſtum fa**

**ctū ē i dolore cor nr̄m: ideo ꝯtene**

ſ corruptione peccati ſ interiores ſ qui debue runt aſpicere in deū ſ prouiſores in eccleſia

**brati ſunt oculi noſtri. Propter**

ſ decimus locus cōqueſtionis ꝑ quem ſolitudo de monſtratur ſ criſtū ſ eccleſie ſ expianiens ſe for ſer. ac. ſ perſecutores heretici

**montē ſyō q2 diſꝑijt: vulpes am**

ſ lacerādo de chriſto male ſenciendo
ſ ſa pſona iudicis cuius fortitudinē magnitudi nem predicat ſine aſſentatione

**bulauerunt in eo. Tu autē domine**

**in eternū ꝑmanebis. ſolium tuum**

ꝓpheta luget. que ſi mulieres non fuiſſent. muliebria nō admiſiſſent. hereticoꝝ fraudibus decepte ⁊ adulterino humiliate cōnubio.

¶ Mora. Mulieres ⁊c. Quociēs peccatoꝝ feditate grauamur ⁊ de ſyon altitudine ad humilia corruimus. mulieres. i. anime noſtre in ſyon. i. in culmine eccleſie leuate humiliātur. Aliud eſt vero in ſyon humiliari. i. in eccleſia corde contrito ⁊ humiliato peccata confiteri. ⁊ ſperare de miſericordia iudicis. Aliud extra. i. ab altitudie virtutū corruiſſe ⁊ ꝑ vicioꝝ humilitatē abiectaſſe. Vñ ſupra. Docete filias veſtras lamentū ⁊ vnaqueq3 proximā ſuam planctum. Monet eni affectiones animarum lacrimis ablue re ⁊ quaſi filias vt penitentes plangant docere. et orationes corporis noſtri quaſi primas lamentationibus emundare. Fidelium enim mētes quaſi deo dicate virgines ſunt. Ciuitates in quibus humiliantur diuerſi dicū tur gradus. Alia ē eni profeſſio ſacerdotum. alia leuitarū. alia monachorū alia virginū alia viduarū. alia coniugatorū. In ſingulis ſunt alique virgines. alique non propoſitū ſeruātes. deuirginant. Vnde ſupra. Iuuenes mei. ⁊ virgines mee abierūt in captiuitatem. Vere eni omnes virgines ſunt que corpe ⁊ ſpiritu incorrupto deo ſeruiūt. Iuuenes qui nouitatem vite ⁊ fortitudinē induerūt. ſed multi hoſtiū inſidijs ⁊ ſcelerū flagicijs corruerunt.

¶ Hyſtor. Principes manu ⁊c. Pricipes iudeoꝝ ſuis ipoꝝ manibus aut hoſtiū eculeo vel ceteris tormentis ſuſpēſos et alijs grauioribus manifeſtum eſt. Senibus quoq3 reuerēdis facie ⁊ etate reuerētia nulla impēſa ē.

¶ Allego. Principes ⁊c. doctores ſancte eccleſie hoſtiū manibus ad alta ſuſpēduntur quādo intētionem boni opis deſerētes ad volūtatem hoſtium diſtrahūtur. ⁊ ſuaꝝ manuū deuicti opibus quaſi in eculeo diſtēduntur. vñ ſequit. facies ſenū nō eru. Nulli eni etati pcitur q2 ſerpens callidiſſimus nec pueris miſeretur nec iuuenes reueretur nec pcit ſenibus. omnē etatem ⁊ dignitatem vna tempeſtatate inuoluit. Sepe aūt pricipes eccleſie ⁊ ſeniores cōtumelijs affecti manibus ſuſpenſi ſunt.

¶ Hyſtor. Adoleſcētibus ⁊c. Alia interꝑtatio potētes molis molebāt ⁊ iuuenes ligno cōfixi ſunt. Sedechiā ſcd̄m hyſtoriam plāgere videt. cui oculos rex babylonis euulſit. eūq3 molere fecit. ⁊ iuuenes ligno crucifixit. Sed ſcd̄m noſtrā interꝑtationem romanoꝝ tangit flagiciū. qui maſculis impudice abuſi ſunt. Vñ maſculi in maſculos turpitudinē opantes. Pueri eni in ligno corruerūt qui in xp̄m in ligno pendentē credere noluerunt. potētes quoq3 in ligno ſcādalizati ſunt quaſi pueri. ⁊ molis molebāt dum legem ad litterā infinito circūitu vertens perpetua cecitate damnati ſunt. ſicut ſamſon erutis oculis molam circūiuebit. vt ſe explicare nō poſſit. ſ3 in eiſdem oberret veſtigijs.

¶ Allego. Adoleſcētibus ⁊c. Sunt potentes ſecularibus diuicijs et honoribus. ſunt ⁊ ſpitalibus. Illi in ſeculi ptinacia ⁊ concupiſcētia voluuntur. hij ſcripture molā relegūt ⁊ terūt. voluūt ⁊ reuoluūt. Hac mola molūt ſimilaginē panis qui de celo deſcēdit. ⁊ polentā intellectuū in dei ſacrificiū. Hij. feruore ſpitalis iuuētutis. in martyrio vicerūt ligno crucis. fidei firmitate cōfixi. quoꝝ vnus ait. mihi abſit. g. ni. i. c. d. n. i. xp̄i.

¶ Hyſtor. Senes. d. ⁊c. Veterani ⁊ ſenio ꝯfecti in ipis portis fame cōſumpti ſunt. dum tremulis ⁊ cōfectis artubus. ad victualia querēda egredi niterētur. vel certe ab hoſtibus diſꝑſi ſunt: cōſiliarij et iudices ciuitatis ne more ſolito cōſederent in portis. Iuuenes quoq3 pteriti officijs abrenunciantes fugierunt de plateis.

¶ Allego. Senes. d. d. p. Senes ſc3 quoꝝ ſenſus ſunt cani māſueti ⁊ quieti. Sed ſi deū offēdūt. de portis deficiūt de quibus dicit. apite mihi. p. i. ⁊c. In his deficiūt. dum ſcādalis fatigati iter rectū deſtituunt. Iuuenes deficiunt de choro pſallentium. cum in eis ſpūale canticum deficit. ⁊ a choro ſanctoꝝ alieni. obliuiſcūtur canticum dn̄i.

¶ Defecit. g. Sextus locus ꝯqueſtionis. pecter ſpē eni in miſerijs ſe eſſe demonſtrāt ⁊ cū expectarent bonū in ſummas deueniſſe miſerias.

¶ Hyſtor. Defecit ga u. ⁊c. q2 iudei ad iracūdiam deū prouocauerūt. defecit omne gaudium eoꝝ ⁊ chori quos in ſolennitatibus ducebant in luctum verſi ſunt.

¶ Allego. Defecit. ⁊c. Vox e penitentiū q̄ cor ꝯtritū. et hu. deo offerūt. ⁊ q2 abē ſponſus. omne gaudiū i luctum ꝯuertunt qd̄ dd̄ recupare deſiderās ait auditui. m. d. g. Redde mihi. l. ſ. t. Q2 ſpiritali cōtritione ꝯpūctus cōtritionis medullam continuis orabat fletibus. Vñ yſaias. In die qua alligauerit dominus vulnus ppli ſui ⁊ ꝑcuſſuras plage eius ſanauerit. in quo ſcilicet vuln⁹ ⁊ liuor ⁊ plaga tumēs. Quociens eni anima ſagitta peccati vulnerat. gaudiū eius diſſoluit. cū ad cōſcientiā reuertit. Chorus virtutū in luctum cōmutatur. qd̄ in azael recte figurat. qui cū q̄ capꝛa curſor erat velociſſimus. Vñ dum incaute ⁊ precipitāte hoſtē inſequeret. ictus in inguine ꝑijt. Sic anim⁹. qui velociſſimos mot⁹ ſuos pacia ⁊ grauitate nō moderat. ſepe in fornicacōnē mētis ⁊ corpis ꝓcipitat. Chorus vertit in luctū. qn̄ i penitētibus. virtutū chorus q̄ſi armonia lugendi deplorat qd̄ amiſit ⁊ intentū ſeruat penitēdi vt poſt plāctus ⁊ lacrimas redeat chorus idem ad gaudia.

¶ Hyſtor. Cecidit. c. ⁊c. Deiectionē regni iudeoꝝ deſignat quoꝝ ⁊ honor ꝑijt. ⁊ gloria. Vñ ſupra dic regi ⁊ dn̄atrici. humiliami ⁊ ſedete qm̄ cecidit de capite. u. co. gl̄e. Sed in alia interꝑtatione habet. deſcēdit. Regnū eni iudeoꝝ vſq3 ad ioachim paulatim deſcēdit in ſedechia om̄ino cecidit. Vñ vox captiuoꝝ luctuoſa. additur. ve. n. q. p.

¶ Mora. Cecidit ⁊c. Corona capitis nr̄i. bona voluntas ē ſcd̄m illud. Scuto bo. vo. t. co. nos. Tūc ergo mēs noſtra corona virtutū decorat. cū ſcuto bone volūtatis ornat. ſed cū voluntas mutat corona amittit. Unde ſequit. ve. n. q. p. Fruſtra ei ceteris laboram⁹ ſi coronā nō habem⁹ volūtatis. Ita eni nō ſolum ꝑ exceſſum ſed etiam ꝑ volūtatis peſſime deſiderium delinquimus.

¶ Allego. Cecidit co. Sacerdotes eccle ⁊ virgīes quaſi corona decoris ſed hij ſepe cadūt vicijs tabefacti. Fides quoq3 dū integritatē amittit quaſi corona de capite cadit. Ipſe aūt dn̄s ſcd̄m yſaiā eccle corona ē. vnd̄ erit dn̄s exercituū corona glorie ⁊c. hāc coronā eccleſia pdit. dum fides chriſti corrūpit in quibuſdā mēbris corona cadēte. Ve iminet peccātibus quia vbi nō ē gubernator ibi ruit populus.

¶ Hyſto. Propterea ⁊c. Cor iudeoꝝ in vtraq3 captiuitate meſtum fuiſſe. ⁊ oculos lacrimis ⁊ dolore ꝯtenebratos omnibus patet.

¶ Allego. Propterea. m. ⁊c. Vox ē penitētiū. duplex aūt meſticie ⁊ doloris ſpēs ē. vñ yſaias. dolor me⁹ ſup dolorē ⁊c. q2 peccatoꝝ dolori dolor addit cōpunctionis. Eſt dolor malus. de quo dicit. In dolore pies filios. Eſt ⁊ bonus ſcd̄m illud dolor meus renouat⁹ eſt. Itaq3 poſt peccatū meſticia cor humiliatur. vt huius doloris medicina: infirmitas abſcedat. Contenebrati ſunt. o. malicia. ſ. peccatoꝝ infecti et cecati. vt chriſti lumē videre non poſſint. qui ē mons abſciſus de monte ſine manibus ⁊ in montē magnum exaltatus. Quia diſꝑijt. i. cū eſſet equalis patri ſemetipſū exinaniuit vt qui nō. vi. vi. ⁊ qui. vi. c. ſi. Ideo obtenebratis oculis hūc montē nō vident pfidi. q2 diſꝑijt. vulpes ambulauerūt in eo pſecutores. ſ. vel heretici qui male ſenſerūt de incarnatione chriſti. eccam lacerātes ⁊ catholicam fidem fraudulenter corrūpentes. Ideo ptes vulpium erūt. Vulpes fuit herodes pſecutor chriſti ⁊ iohis. vñ dicite vulpi illi. Sunt ⁊ heretici vulpes

ſcḋm illud. Capite nobis vulpes que demoliūtur vineas.
Ineternum. Idem dauid tu aūt dn̄e in eternū p. ⁊ alibi. tu aūt idē ipſe es ⁊c. Permanebis. Non eſt tempalis māſio nec localis. nec aliud q̄ȝ ip̄e. ſed ip̄a vna ⁊ indiuidua ⁊ p̄manens eſſentia quaſi quāuis filius ſe exinaniuerit for. ſ. ac. manet tam̄ ineternū.
Solium tuū. ⁊c. Sedes tu a. d. i. ſ. ſ. ⁊ alibi. Regnū. t. reg. o. ſe. dn̄ ſolium audis intellige iudicem: ⁊ tim e. quaſi deū time. ⁊ mādata. e. o. ⁊ſi ſecū dum hoīem iudicatur regnū tn̄ eius eſt ineternum.

in generatione et generationem.
ſ nō imperpetuū iraſcet. neqȝ. ie. ꝯ. non ſcḋm peccata. no. fa. no.
Quare imperpetuuȝ obliuiſceris
ſ paſſionibus ſubiacere.
noſtri: derelinques nos in longi-
ſ ſed. ſ iudicē hu militer ⁊ ſuppliciter obſecrat.
tudinem dierū? Conuerte nos do-
mine ad te ⁊ cōuertemur: innoua
ſ vnde egreſſus eius ſicut a principio.
dies noſtros ſicut a pꝛincipio. Sȝ
ſ a te qui vbiqȝ es. ſ quaſi pollutos
ſ peccatis noſtris ſ vt pater. non iraſcaris vt iudex
proiiciens repuliſti nos. iratus
ſ contrarios tibi.
es contra nos vehementer.

Quare imperpetuum. Poſt omnimodas lamentationis ſpecies ad eum ſolū p̄ces conuertit qui ſolus poteſt cōſolari.
Quare impꝑpetuuȝ. Hoc nobis aſſidue exorandum. ne obliuiſcatur noſtri. ne derelinquat n. impꝑpetuū q̄d bn̄ vocibus oramus. ſed melius rebꝰ exoram⁹. Simus ergo memores ei⁹ ne obliuiſcat̄ noſtri. q: non obliuiſcitur miſereus. niſi nos obliuiſcamur. ⁊ ſi obliti fuerim⁹ ipſe grām inſpirat. obliuionem fugat. vn̄ reminiſcētur ⁊ ꝯuer. ad. d. vni. fi. terre.
Obliuiſceris. Cui ſimile eſt illud. vſquequo dn̄e obli. m. i. f. non q̄ obliuiſcat̄. m. d. ſed cū differt auxiliari videt̄ oblit⁹. vt ſic accēdat deſiderium. ⁊ dulcius ſit ſolaciū. ⁊ ipſe interim ridcat de penis innocētū. Sicut figulus vaſa ſua probat vt vaſa in honorē faciat q: uaſa fi. p. fornax
Cōuerte. Conuertēdo. quia conuerſio repationis initiū eſt diei. innouatio eternitatis pceptio.
Cōuerte nos. d. Auerſiones noſtre multe ſunt. vnde alibi. Cōuerte nos d. ſ. n. cōuerte p gratiā ⁊ cōuertemur quantū eſt in nobis arbitrio libertatis. vn̄ gratia dei ſum id. q. ſum. ⁊ gratia. e. i. m. ua. n̄. f. Gratia enim vocātis precedit. ⁊ excitat libertatē volūtatis. Noſtrū eſt q̄ decidim⁹ dei q̄ reſurgimus. Hoīes enī caro ſunt. ſpūs. va. ⁊ n̄. re. nō eſt enī volētis neq: cur. ſed miſerētis dei. Notandū tn̄ q̄ gratia dei nō ꝯuertimur: niſi ⁊ noſtra volūtate ꝯuertamur. eſt aūt quoddā velamē noſtre infirmitatis ſenſibus noſtris obiectū. q̄d niſi illumiatione dei fuerit remotū. ꝯuerti nō valemus. libertas erg o p gratiā reddit̄. Semp ergo nobis orandū eſt. conuerte nos domine.
Innoua ⁊c. Ad hoc principium reuocamur cū cōuertimur cū ad illud ꝑuenerimus innouabimur. Inueterati enim ⁊ corrupti ſumus. ⁊ dies eternitatis ꝑdidimus quos p cōuerſionē recipimus. vnde alibi. conuerte me domine. ⁊ cōuertar ad te.
Iratus es ⁊c. Prima repulſio eſt qua temptatoꝛi tradimur. Secūda cū tēptati ſuccūbimus ad tēptandū ſine ira dei repellimur: de qua dicitur. nō repulit deus plebē ſuam quam pꝛeſciuit. cū aūt vincimur et poſtea nō penitemus iraſcitur deus vehemēter. vn̄ quis. nouit poteſtatē ire. t. ⁊c. Aliqn̄ enī iraſcit̄ vt pater qn̄ verbis increpat delinquētem ⁊ facit penitentem. Iraſcitur aūt vt dn̄s qn̄ corripit vt durus. ⁊ ſtatim vlciſcitur. vn̄ moyſes. Ne iraſcatur furoꝛ tuus cōtra pplm tuū. Vt iudex iraſcetur cū dicet. Ite male. ⁊c. cum iam nec penitētie nec venie locus erit.
Gilibertus. Sufficiant hec ad expoſitionē lamētationuȝ hieremi e que de patrū fontibꝰ hauſi ego gilibertus antiſiodorēſis eccle dyaconꝰ.

Incipit p̄fatio in libꝛ Baruch prophete.

Liber iſte qui baruc noīe pꝛenotatur in hebꝛeo canone non habet̄. ſed tm̄ in vulgata editione: ſimilit̄ ⁊ ep̄la hieremie. Propter noticiā aūt legentiū hic ſcripta ſunt: q: multa de chriſto nouiſſimiſqȝ tempoꝛibus indicāt.
Incipit Baruch propheta.

C. I.

Et hec uerba libri que ſcripſit baruch filius nerie filij maaſie filij ſedechie filij ſedei filij helchie. i babylonia in anno quīto ⁊ in ſeptia die menſis: in tempꝛe quo ceperūt chaldei hieruſalē. ⁊ ſuccenderūt eam igni. Et legit baruch verba libri huius ad aures iechonie filij ioachi regis iuda. ⁊ ad aures vniuerſi populi venientis ad libꝛū. ⁊ ad aures potentium filioꝛū regū ⁊ ad aures pꝛeſbiteroꝛū ⁊ ad aures populi a mimo vſqȝ ad maximū eoꝛū: oim habitantiū in babylonia ad flumen ſodi. Qui audiētes ploꝛabāt ⁊ ieiunabāt et oꝛabāt in conſpectu dn̄i. Et collegerūt pecuniā ſcḋm q̄ potuit vniuſcuiuſqȝ manus. Et miſerūt in hieruſalē ad ioachim filium helchie filij ſalon ſacerdotem: ⁊ ad reliquos ſacerdotes ⁊ ad omnē populū qui inuēti ſunt cū eo in hieruſalē cū acciperēt vaſa templi dn̄i q̄ ablata fuerāt de templo reuocare in terꝛā iuda. decima die mēſis ſiban. vaſa argētea q̄ fecit ſedechias filius ioſie rex iuda poſtea q̄ȝ cepiſſēt nabuchodonoſoꝛ rex babylonis iechoniā et pꝛicipes ⁊ cūctos potētes ⁊ populuȝ terre ad hieruſalem ⁊ duxit eos vinctos in babylonē. Et dixerūt. Ecce miſimus ad vos pecunias de quibꝰ emite holocauſtomata ⁊ thus et facite māna. ⁊ offerte pꝛo peccato ad aram dn̄i dei noſtri. Et oꝛate pꝛo vita nabuchodonoſoꝛ regiſ babylonis. ⁊ pꝛo vita balthaſar filij eius vt ſint dies eoꝛū ſicut dies celi ſuper terꝛā. ⁊ vt det dn̄s virtutē nobis. ⁊ illumiet oculos noſtros: vt viuamus ſub vmbꝛa nabuchodonoſoꝛ regis babylonis ⁊ ſub vmbꝛa balthaſar filij eius. ⁊ ſeruiamus eis multis diebuſ ⁊ inueniamus gratiā in conſpectu eoꝛū. Et p nobis ipſis oꝛate ad dominū deū noſtrū: q: peccauimus domino deo noſtro. ⁊ nō ē auerſus furoꝛ eius a nobis vſqȝ in hūc diem. Et legite libꝛum iſtū quem miſimus ad uos recitari. in templo domini in die ſollēni. et in die oppoꝛtuno. Et dicetis: Domino deo noſtro iuſticia: nobis autēȝ confuſio faciei noſtre ſicut eſt dies hec omni iuda et habitātibus in hieruſalē regibus noſtris ⁊ pꝛincipibus noſtris ⁊ ſacerdotibus noſtris ⁊ pꝛophetis noſtris ⁊ patribus. Peccauimus an̄ dominuȝ deum noſtrū. ⁊ nō credidimus diffidentes in eum. ⁊ non fuimus ſubiectibiles illi: ⁊ nō audiuimus vocem domini dei noſtri vt ambularemus in mandatis eius que dedit nobis A die qua eduxit p̄res noſtros d̄ terꝛa egipti